ICONES PHYSIOLOGICAE.

TABULAE
PHYSIOLOGIAM ET GENESEOS HISTORIAM
ILLUSTRANTES

IMPRIMIS AD COMPENDIA PHYSIOLOGIAE ATQUE ANATOMIAE COMPARATAE

ACCOMODATA

AUCTORE

RUDOLPHO WAGNER.

FASCICULUS PRIMUS.

DUODECIM TABULAS CONTINENS, PHYSIOLOGIAE GENERATIONIS [illegible]

Erläuterungstafeln

zur

Physiologie und Entwickelungsgeschichte

mit vorzüglicher Rücksicht auf seine Lehrbücher der Physiologie und vergleiche[illegible] Anatomie,

herausgegeben

von


Rudolph Wagner.

Erste Abtheilung.

Zwölf Kupfertafeln zur Physiologie der Zeugung und Entwickelung.

Leipzig,
Verlag von Leopold Voß.
1839.

Eug. Dubois


NNM
BIBLIOTHEEK
7 7496 00037660 6
NATIONAAL NATUURHISTORISCH MUSEUM Postbus 9517 2300 RA Leiden Nederland

ICONES PHYSIOLOGICAE.

TABULAE

PHYSIOLOGIAM ET GENESEOS HISTORIAM ILLUSTRANTES.

Erläuterungstafeln

zur

Physiologie und Entwickelungsgeschichte.

Sr. Hochwohlgeboren

dem

Herrn

Dr. Ignaz Döllinger,

Königlich bayerischem Ober-Medizinalrath, Professor der Anatomie an der Hochschule zu München, Mitglied der Akademie der Wissenschaften u. s. w.

hochachtungsvoll zugeeignet

vom

Verfasser.

Cum in harum tabularum compositione versarer, Tui, Vir Illustrissime, Fautor atque Amice pie Colende, saepe saepius recordatus sum. Tu enim studiorum meorum ac laborum auctor mihi suasorque fuisti; Tu benignissimis verbis animum mihi addidisti; Tu, quid quantumque valeat ad Physiologiam promovendam genetica disquirendi methodus, satis et praeclare monuisti. Quae quidem omnia ego in his tabulis et praeparandis et edendis gratissima memoria repetens nihil magis in votis habui quam ut, qua Tu semper erga me fuisti singulari benevolentia, hujus perspicua significatione et nunc me ornare velles, concedendo nimirum quod iconibus, quas geneseos historiae, doctrinae quippe a Te quasi denuo conditae ac instauratae dicavi, insigne Tuum Nomen inscribatur. Tum vero etiam in iisdem excusando, quae Tibi, cum et rerum hic illustratarum exquisita scientia abundes, et artis anatomico-pictoriae rectissimo accuratissimoque judicio sis praeditus, minus probata fore praevideo. Ego autem ab initio omnis adjutorii adeo fui expers et ab auxiliis remotus, ut faustum successum fere desperassem, nisi postea mihi contigisset ut auditorem haberem studiosissimum artisque delineandi peritissimum, quo socio, quod coeperam opus persecutus sum. Nam hoc mihi diu jam propositum fuit, quo nullo magis unquam sum allicitus, morphologicas Physiologiae partes iconibus illustrare atque ita ad problema solvendum meam qualemcunque dare symbolam, quam persuasum habeo istius disciplinae institutioni non parum utilitatis allaturam esse.

Eorum autem, quae in his tabulis exposui, alia sunt quae ex ipsis meis hausi indagationibus, per plures annos strenue continuatis; alia, quae amicis debeo benigne me adjuvantibus. Ovorum atque embryonum humanorum, quorum icones collegi, magnam partem annis 1829—1832 perscrutatus sum, dum instituto anatomico, quod hic floret, eram praefectus; quibus in perscrutationibus a Fleischmanno, Med. Dr. et Prof., amico summopere colendo, permultum me adjutum esse grato animo profiteor. Quae postea occurrit occasio eaque rarior, embryones humanos immaturos inspiciendi, eam nonnulli collegae, amici atque auditores mihi suppeditarunt. Icones animalium genesin illustrantes fere non nisi ad indagationes anno proxime elapso institutas expressae sunt; animalculorum autem spermaticorum observationi per longum jam tempus fui deditissimus, observata fere omnia delineavi atque ex delineatis complura selegi, quae hic exhiberem.

Iconum longe plurimas Haraldius Bagge, Francofurti ad Moenum natus, Med. Studiosus auditorque diligentissimus, summa cum sinceritate atque elegantia ad vivum delineavit. Bischoffius, Prof. Heidelbergens., nonnullas delineationes mecum communicavit dignissimas quas publici juris facerem, quibus Canis genesis demonstratur atque additamenta exhibentur eas quae hucusque exstabant icones rebus gravissimis augentia. Eadem benevolentia fuit Schwannius, Med. Dr. Berolinens., qui figuras mihi tradidit telarum gene-

Bei der Abfassung dieser Tafeln sind meine Gedanken oft bei Ihnen, mein verehrter Gönner und Freund, gewesen; Ihre Theilnahme und Ermunterung bei meinen Studien und Bestrebungen, Ihre belebenden Gespräche, Ihre reichen Bemerkungen über genetische Forschung in der Physiologie, waren mir im Geiste gegenwärtig, als ich den Plan zu diesen Tafeln entwarf; sie haben mich begleitet, als ich zum Werke schritt; gestatten Sie, daß Ihr Name vor den bildlichen Darstellungen stehe, welche zunächst der Entwickelungsgeschichte, der durch Sie neubegründeten Wissenschaft, gewidmet sind. Bei einem so großen Kenner des Objekts und einem so feinen Beurtheiler anatomischer Abbildungen haben diese Tafeln billige Nachsicht in Anspruch zu nehmen; meine beschränkte und isolirte Stellung hat mich bei dem Unternehmen oft entmuthigt und nur die glückliche Fügung, welche mir einen theilnehmenden und strebenden Zuhörer mit einem reichen Talente zum Zeichnen zuführte, hat auszuharren mich vermocht. Immer war es ein lockender Gedanke die morphologischen Theile der Physiologie bildlich festzuhalten und so den Versuch zur Lösung einer Aufgabe zu machen, welche dem Unterricht in dieser Wissenschaft wesentlich förderlich seyn muß.

Was ich hier gebe, ist die Frucht jahrelanger Untersuchungen; mehreren Freunden bin ich dabei für ihre Unterstützung verpflichtet. Die Mehrzahl der menschlichen Eier und Embryonen, welche hier abgebildet sind, untersuchte ich schon in den Jahren 1829—1832, als ich noch an der hiesigen Anatomie angestellt war und mein verehrter Freund, Herr Prof. Dr. Fleischmann, mich in meinen Arbeiten vielfach unterstützte; die spätere, seltnere Gelegenheit, frühzeitige menschliche Embryonen zu untersuchen, verdanke ich verschiedenen Collegen, Freunden und Zuhörern. Bei den Darstellungen, welche der Entwickelungsgeschichte der Thiere angehören, sind fast ausschließlich Untersuchungen im letzten Jahre zu Grunde gelegt; mit der mikroskopischen Beobachtung der Samenthierchen bin ich schon längere Zeit anhaltend beschäftigt gewesen und ich habe hier eine Auswahl aus meinen Abbildungen gegeben.

Bei weitem die größere Mehrzahl der Zeichnungen sind nach der Natur von einem sehr fleißigen Zuhörer, Herrn Stud. med. Harald Bagge aus Frankfurt am Main, mit großer Treue und Eleganz ausgeführt worden. Herr Prof. Bischoff in Heidelberg hat mir einige sehr interessante Abbildungen über die früheste Entwickelung des Hundes, welche die bisher bekannten Darstellungen wesentlich ergänzen, zur Publikation anvertraut; Herr Dr. Schwann in Berlin hat die gleiche Güte

sin illustrantes. E. H. Webero denique, Prof. Lipsiensi Excellentissimo mihique amicissimo nonnullas delineationes debeo, ex quibus, qua ratione vasa in placenta disposita sint, elucet. Aliae figurae, quas antea nonnisi adumbratas servaram, nunc perfecte depictae prostant. Neque vero desunt icones imitatae, quas ut ceteras supplerent, inprimis autem ut cum iis comparari possent, addi curavi ex operibus et commentationibus Baerii, Bojani, Costii, Huschkii, Joh. Mülleri, Richardi Owenii. Tabulae omnes ex delineationibus recens factis compositae atque aeri incisae sunt a Bruchio, sculptore Norimbergensi celeberrimo, qui quanta fuerit fide, industria atque arte in exsequendo munere, neminem opinor fugiet. Ego vero et delineandi et sculpendi opera ita moderatus sum, ut pro iconum in rebus repraesentandis integritate fidem meam obligare possim.

Praeterea delineationibus ad vivum expressis plures addidi fictas aliasque figuras schemata potius praebentes. Quam quidem argumenti tractandi methodum, eamque prout res suadebat mutatam principiis Physiologiae morphologicis demonstrandis proficuam fore lubenter spero.

Post eum quem nunc offero fasciculum duos adhuc editurus sum, quorum alter sex alter septem tabulas continebit. Quemadmodum autem primus fasciculus suam quasi provinciam obtinet, cui dilucidandae constitutus sit, ita secundus doctrinas de haematosi, respiratione, sanguinis circuitu ac secretione, omnem igitur nutritionis processum, tertius autem organa sensus et motus erit illustraturus.

Jam nihil superest nisi ut Te, Amice pie Colende, omni qua par est reverentia iterum allocutus, et Te et medicorum eos, quorum interest res utilissimas et gravissimas doceri, rogem etiam atque etiam, velitis hasce tabulas benigno judicio excipere et quidquid in iis fuerit peccatum, id rei ipsius difficultate excusatum habere. Cum nondum exstet iconum collectio Morphologiam physiologice tractatam illustrans, neutiquam mihi videor operam perdidisse; quae vero praestiterim, quae minus recte apteque fecerim, judices sint harum rerum periti atque experti; inter quos Tu, Vir Illustrissime, mihi eris exspectatissimus.

Erlangae, d. XVIII. Decembr. MDCCCXXXVIII.

Insignis Tui Nominis

cultor observantissimus

R. Wagner.

in Betreff der Figuren gehabt, welche die Genesis der Gewebe darstellen; meinem verehrten Freunde, Herrn Prof. E. H. Weber in Leipzig, verdanke ich die Mittheilung einiger Abbildungen, die Gefäßvertheilung im Fruchtkuchen betreffend; andere Figuren sind nach Skizzen von mir ausgeführt und endlich habe ich mehrere Abbildungen zur Ergänzung und vorzüglich zur Vergleichung aus den Schriften und Abhandlungen von Baer, Bojanus, Coste, Huschke, Joh. Müller und Richard Owen copiren lassen. Sämmtliche Tafeln sind nach den Originalzeichnungen von Herrn Bruch in Nürnberg gestochen und man wird Treue, Sorgfalt und künstlerische Auffassung in der Behandlung nicht vermissen. Zeichner und Kupferstecher haben unter meinen Augen gearbeitet, so daß ich für die Richtigkeit der Darstellungen bürgen kann.

Ich habe den rein nach der Natur gefertigten Bildern mehrere ideale und andere halbschematische Figuren beigefügt und hoffe, daß diese, je nach den Gegenständen abgeänderte, Behandlungsweise dem Verständniß der morphologischen Grundlage der Physiologie für förderlich betrachtet werden möge.

Diesem gegenwärtigen Hefte werden noch zwei Lieferungen folgen, deren jede sechs bis sieben Tafeln enthalten wird; jedes Heft soll, wie das vorliegende, gewissermaßen ein abgeschlossenes Ganze bilden; das zweite Heft wird die Lehre von der Blutbildung, Athmung, dem Kreislauf und der Absonderung, also den ganzen Ernährungsprozeß erläutern; das dritte Heft wird sich mit den Organen der Empfindung und Bewegung beschäftigen.

Möchten Sie, mein hochverehrter Freund, und möchte der Theil der Aerzte, dem es um ernste und gründliche Bildung zu thun ist, dieses Unternehmen wohlwollend beurtheilen und die Mängel mit der Schwierigkeit desselben entschuldigen. Ein Bedürfniß dazu war vorhanden; noch ist der physiologischen Betrachtung der Morphologie keine umfänglichere Sammlung bildlicher Darstellungen zu Theil geworden; was gelungen, was verfehlt ist, darüber erwarte ich das Urtheil competenter Richter und vor Allen das Ihrige.

Erlangen, den 18. December 1838.

Ihr

dankbar ergebener
R. Wagner.

ICONES PHYSIOLOGICAE.

TABULA I.

Granula seminis ac Spermatozoa.

Figurae I. — V. magnitudine nongenties ad millies usque aucta delineatae sunt, ita ut omnes aeque inter se comparari queant et schemata potius exhibeant; Fig. VI. et VII. autem et magnitudinis paulo minus auctae sunt et plane ad vivum expressae.

Fig. I.

Spermatozoa ex vase deferente hominis recens mortui, eaque *a* superficie depressa innitentia, *b b* margine innitentia superficiemque angustam offerentia, unde figura eorum amygdalaeformis evadit. *c c* Spermatozoa superficie depressa innitentia, quorum in media parte macula cernitur circularis, quam plures observatores patellam suctoriam esse contenderunt. *d* Animalculum spermaticum, in quo nodulum, proboscidi non absimilem, corpori insidens vides. *e* Granula seminis.

Fig. II.

Semen ex testiculo ejusdem hominis. *a* Corpus majus subrotundum. *b* Globulus evolutorius, cystis videlicet, quae tria corpuscula subrotunda granulosa continet. *c* Animalculorum spermaticorum fasciculus, modum, quo ista animalcula in testiculo conglomerata sunt, ostendens.

Fig. III.

Spermatozoa ex plurium mammalium vasis deferentibus depromta, atque hoc modo delineata, ut *a* plerumque superficiem depressam latam, *b* superficiem marginalem angustiorem repraesentet. Ita prostant spermatozoa: 1. *Cercopitheci rubri;* 2. *Rhinolophi ferrum equinum* (in *b*, atque distinctius in *c* aculeus corpori insidens cernitur); 3. *Talpae europaeae*; 4. *Canis* (varietatis pomeranae); in *a* aream quandam vides; 5. *Leporis cuniculi* (umbra in *a* nimis fusca est); 6. *Muris musculi*; *b* a tergo; caudae radicem paulo superius vides; 7. *Muris ratti* (corpusculum in *a* et *a* superficiem offert depressam); 8. *Hypudaei arvalis* (*b* a tergo; cauda medio corporis, ad instar patellae excavati, inserta est); 9. *Cervi capreoli.*

Samenkörperchen und Samenthierchen.

Die Figuren I — V sind bei ungefähr 900- bis 1000maliger Vergrößerung dargestellt, so daß sie alle eine gleichmäßige Vergleichung unter sich zulassen, und halb schematisch gehalten erscheinen; Fig. VI. und VII. etwas schwächer vergrößert, ganz nach der Natur.

Fig. I.

Samenthierchen aus dem vas deferens einer frischen menschlichen Leiche *a* auf der platten Seite liegend, *b b* auf dem Rande stehend und die schmale Seite zeigend; die Gestalt ist mandelförmig. *c c* Zwei Samenthierchen auf der platten Seite; man sieht in der Mitte einen kreisförmigen Fleck, der von Einigen für eine Sauggrube gehalten wurde. *d* Ein Samenthierchen, wo man vorn ein Knötchen, wie ein Rüsselchen, am Körper ansitzen sieht. *e* Zwei Samenkörnchen.

Fig. II.

Samen aus dem Hoden desselben Mannes. *a* Größerer rundlicher Körper. *b* Entwickelungskugel; eine Cyste, welche 3 rundliche, granulirte Körper einschließt. *c* Ein Bündel Samenthierchen, wie sie im Hoden gruppirt sind.

Fig. III.

Samenthierchen verschiedener Säugethiere aus dem vas deferens. *a* stellt in der Regel die platte, breite Seite, *b* die schmälere Randseite dar: 1. vom rothen Affen, Cercopitheeus ruber. 2. Von der Hufeisen-Nase, Rhinolophus ferrum equinum; man sieht in *b* und noch deutlicher in *c* eine Spitze am Körper sitzen. 3. Vom Maulwurf, Talpa europaea. 4. Vom Hund (von der Raçe des Spitzes); in *a* sieht man eine runde Stelle. 5. Vom Kaninchen, Lepus cuniculus; der Schatten in *a* ist etwas zu stark gerathen. 6. Von der Hausmaus, Mus musculus; *b* von hinten; man sieht den Schwanz höher oben anfangen. 7. Von der Ratte, Mus rattus; der Körper in *a* und *a* von der platten Seite. 8. Von der Feldmaus, Hypudaeus arvalis; *b* von hinten; der Schwanz ist hinten in die Mitte des napfförmig vertieften Körpers eingesenkt. 9. Vom Reh, Cervus capreolus.

Fig. IV.

Spermatozoa ex vasis deferentibus plurium avium: *a Fringillae caelebis. b* Cystis bene formata, animalculorum spermaticorum ex fringillae testiculo depromtorum fasciculum continens. *c Fringillae canariae. d Fringillae carduelis. e* Spermatozoa nondum adulta, ex testiculo hybridi a fringilla carduele mare ac fringilla canaria femella geniti. *f* Spermatozoa *Turdi merulae. g Lanii ruficipitis. h Pici viridis. i Galli domestici.*

Fig. V.

(Ad schema magis accedit, quamobrem lineamenta ejus fortius expressa sunt, quam in vivo invenias.)

Stadia evolutionis animalculorum spermaticorum *Certhiae familiaris: l* Animalculum spermaticum adultum, ex orificio vasis deferentis. *a* Granula seminis, hiemali tempore ex testiculo valde collapso depromta. *b—k* Plura granula seminis, ex testiculo, aestivo calore valde turgente. *b, c* Granula seminis, quarum plura forsan nihil nisi cellulae epithelii sunt. *d, e, f* Cystides s. vesiculae, globulum vel plures globulos granulosos continentes. In *g* similis cystis delineata, praeter duos globulos, granulorum tenuissimorum congeriem, animalculorum spermaticorum fomitem, continens. *h* Cystis, nunc ovi formam adepta, animalculorum spermaticorum fasciculum incurvum, praeterea massam granulosam continens. *i* Cystis amplius formata. Involucrum pyriforme animalculorum spermaticorum fasciculum, eo loco quo illorum fines spirales jacent, obtegit, sed adhuc incurvum est. *k* Cystis perfecta, involucro obducta.

Fig. VI.

Cuniculi semen. *A* ex vase deferente. *a* et *b* corpuscula pallida, depressa, tenuissime granulosa, quae, si quid ego judico, nihil sunt nisi lamellae epithelii, semini innatantes. *c* Corpuscula fuscius circumscripta, magisque opaca, quae granula seminis esse persuasum habeo; ea compares cum *d, d* granulis sanguinis, quorum alterum margine suo innititur. *e* Animalculum spermaticum. *B* Semen ex testiculo. *a* et *b* corpuscula perfusce adumbrata, quae adipis guttulas semini immixtas esse existimo. *c* Corpusculorum multo magis tenuium, neque vero minus fusce adumbratorum congeries, procul dubio adipis moleculae. *d, e* Corpuscula granulosa pallida, magnitudine inaequalia, granula seminis puta, aut fortasse epithelii lamellae; *f.* simile corpusculum, idque magis fuscum; *g* et *h* globi s. cystides evolutoriae, globulos pallidissimos massamque granulosam continentes.

Fig. VII.

a Ampla vesica s. Cystis evolutoria, quinque globulos continens pallidissimos, in quorum singulis nucleus, minimus, fuscus, reconditus est. Ejusmodi forma, rarissima quidem, in *Lanio ruficipite* reperta est. *b* Granula seminis ex vase deferente.

Fig. IV.

Spermatozoen verschiedener Vögel aus dem vas deferens: *a* vom Finken, Fringilla caelebs. *b* Eine vollständig ausgebildete Cyste mit einem Bündel Samenthierchen aus dem Hoden des Finken. *c* Vom Kanarienvogel, Fringilla canaria. *d* Vom Stieglitz, Fringilla carduelis. *e* Unvollkommne Samenthierchen aus dem Hoden eines Bastards vom Stieglitz-Männchen und Kanarien-Weibchen. *f* Von der Schwarzdrossel, Turdus merula. *g* Vom rothköpfigen Würger, Lanius ruficeps. *h* Vom Grünspecht, Picus viridis. *i* Vom Haushahn, Gallus domesticus.

Fig. V.

(Mehr schematisch, daher mit stärkeren Konturen als in der Natur.)

Entwickelungsgeschichte der Spermatozoen vom Baumläufer, Certhia familiaris: *l* ein ausgebildetes Samenthierchen aus dem Ende des vas deferens. *a* Samenkörnchen, wie sie sich im Winter in den sehr zusammengeschrumpften Hoden finden. *b—k* Verschiedene Körper im Samen des Hodens im Sommer, bei voller Turgescenz der Hoden. *b* und *c* Samenkörnchen, vielleicht zum Theil veränderte Epithelealzellen. *d, e, f* Cysten oder Blasen mit einer oder mehreren runden körnigen Kugeln im Innern. In *g* eine ähnliche Cyste, aber neben den beiden Kugeln feinkörnige Masse, in welcher man die Samenthierchen sich bilden sieht. *h* Die Cyste ist oval geworden; der Bündel Samenthierchen liegt gekrümmt darinne; die Cyste enthält außerdem noch etwas körnige Masse. *i* Noch weiter entwickelte Cyste; die Hülle umgiebt birnförmig den Samenthierbündel, da wo die spiraligen Enden liegen, ist aber noch gebogen; *k* eine ausgebildete Cyste, noch mit der Hülle umgeben.

Fig. VI.

Samen vom Kaninchen. *A* Aus dem vas deferens. *a* und *b*. Zwei blasse, platte, fein granulirte Körperchen, die ich für beigemengte Epithelealblättchen halte. *c* Zwei dunkler begrenzte und mehr Schatten werfende Körperchen, die ich für ächte Samenkörnchen, granula seminis, halte. *d, d* Blutkörperchen zur Vergleichung; eins steht auf dem Rande. *e* Ein Samenthierchen. *B* Samen aus dem Hoden; *a* und *b* zwei sehr dunkel begrenzte Körperchen, die ich für beigemengte Fetttröpfchen halte. *c* Eine Gruppe viel kleinerer, aber auch sehr dunkel begrenzter Körperchen, wahrscheinlich auch Fettmolekeln. *d* und *e* Zwei verschieden große, granulirte, blasse Körperchen, Samenkörnchen oder vielleicht Epithelealblättchen; *f* ein ähnliches nur dunkler; *g* und *h* zwei Entwickelungskugeln oder Cysten, mit inneren sehr blassen Kugeln, neben welchen noch etwas körnige Masse erscheint.

Fig. VII.

a Eine große Entwickelungsblase oder Cyste mit 5 sehr blassen inneren Kugeln, deren jede eine Art nucleus oder einen sehr kleinen dunkeln Kern zeigt. Diese Form ist selten; sie fand sich bei Lanius ruficeps. *b* Zwei Samenkörnchen aus dem vas deferens.



Fig. I.



Fig. II.

Fig. IV.




Fig. III.





Fig. V.





Fig. VI.

Fig. VII.

H. Bruch sc. Nbg.

ICONES PHYSIOLOGICAE.

TABULA II.

Structura ovulorum in ovario atque ante embryonis evolutionem.

Schematum ope utplurimum demonstrata.

Fig. I.

Gallinae ovarium cum vitellis fere maturis. *a* Globus vitelli maturus in calyce, cujus stigma in *b b*, striam nimirum lucidam, vasis carentem, vides. *c c* Vitelli minus maturi, cum rete vasculoso calycis ac stigmatis. *d* Calyx vacuus, in stigmate ruptus; in vitellis junioribus ut in *e* cicatricula perlucet.

Fig. II.

Vitellus fere maturus, calyce atque theca inclusus, quem dissectum delineavi. *b* Petiolus, quo calyx ovario inhaeret. *a* Substantia crassior calycis, cum ovuli theca connati. *c* Membrana vitellina. *d* Vesicula prolifera s. germinativa, postea Cumulus proligerus *Baer* s. Nucleus cicatriculae *Pander*. *e* Discus proligerus; *i* Fundus vitelli centralis, cum ductu ad superiora verso.

Fig. III.

Avium ovula primitiva, nudis oculis vix conspicienda, quorum magnitudo microscopio aucta est. *a*. Ovarii stroma, crassis fibris contextum. *c* Chorion s. Theca ovuli, sat crassa, quare zonae speciem praebet. *b* Vitellus. *d* Vesicula germinativa. *e* Macula germinativa. Eodem modo ovulum minoris magnitudinis structum est, quod paulo inferius ad sinistra positum vides. Omnia ad schematis normam accedunt.

Fig. IV.

Ornithorhynchi paradoxi ovarium, *Owenio* auctore (Philosophical transactions, Year 1834. Tab. XXV.) *a, a, a* Folliculi Graafiani, ex conceptione valde tumidi. *b* Folliculi Graafiani minores, ante conceptionem.

Fig. V.

Particula ovarii *Ornithorhynchi*, auctae magnitudinis, ex *Owenio* l. c. *a*. Ovarii stroma. *b*. Folli-

Bau der Eier im Eierstock und vor der Entwickelung des Embryo.

Meist schematisch dargestellt.

Fig. I.

Eierstock einer Henne mit fast reifen Dottern. *a* Reife Dotterkugeln im Kelch, dessen Narbe, stigma in *b*, *b* als heller, gefäßloser Querstreif zu sehen; *c*, *c* kleinere Dotter mit dem Gefäßnetz des Kelchs und der Narbe; *d* ein leerer Kelch, an der Narbe geplatzt; kleinere Dotter, wie z. B. *e* lassen den Hahnentritt, cicatricula, durchschimmern.

Fig. II.

Ein fast reifer Dotter im Kelch und in der Kapsel (theca) liegend und im Durchschnitt dargestellt; *b* Stiel, petiolus, wo der Kelch am Eierstock ansitzt. *a* Dickere Substanz des mit der Kapsel des Ei's verschmolzenen Kelchs; *c* Dotterhaut; *d* Keimbläschen und später Keimhügel oder Kern des Hahntritts; *e* Keimscheibe; *c* Centralhöhle des Dotters, mit dem Gang nach oben.

Fig. III.

Primitive Vogeleier, mikroskopisch vergrößert, mit bloßem Auge kaum sichtbar; *a* Keimlager, stroma, des Eierstocks, aus starken Fasern bestehend; *c* das Chorion oder die Kapsel des Eis, ziemlich dick, daher als Ring sichtbar; *b* Dotter; *d* Keimbläschen; *e* Keimfleck. Das kleinere Ei nebenan ist eben so gebaut. Das Ganze ist halbschematisch gehalten.

Fig. IV.

Eierstock des Schnabelthiers, Ornithorhynchus paradoxus, nach Owen (Philosophical transactions Year 1834. Tab. XXV). *a, a, a* Drei in Folge der Befruchtung stark angeschwollene Graaf'sche Follikel. *b*. Kleinere, unbefruchtete Graaf'sche Bläschen.

Fig. V.

Ein Theil des Eierstocks eines Schnabelthiers vergrößert, nach Owen l. c. *a* Stroma des Eierstocks.

culus Graafianus ruptus, ex quo ovulum *c* evasit, in corpus luteum transformatus. *d, d, d* Folliculi Graafiani nondum rupti, sectione divisi.

Fig. VI.

Suis ovarium, cum corporibus luteis recentibus. *a, a* Corpora lutea, grandia, violaceo-rubra, recentia, Folliculis Graafianis ex octo circiter diebus ruptis. *b, b* Corpora lutea, ex longiori jam tempore formata. *c, c* Folliculi Graafiani maturi, prominentes.

Fig. VII.

A Ejusdem ovarii dissecti particula. *a, a* Peritonaeum. *b* Corpus luteum recens, atro sanguine repletum. *c* Corpus luteum, jam pridem formatum. *B Canis* folliculus Graafianus, recens ruptus, auctae magnitudinis, cujus delineatio eadem ratione ad schema magis accedit, *Baerio* auct. *b, b* Peritonaeum. *b* Substantia carnosa, ex Folliculi membranulis crescens; *d* ovulum ex folliculo seclusum.

Fig. VIII—X.

Delineationes subschematicae ovulorum *cuniculi*, magnitudinis multo auctae.

Fig. VIII.

Sectio ovuli immaturi, quod cum Fig. III. compares quaeso. *a, à* Ovarii stroma. *b, b* Folliculus Graafianus; cujus in medio ovulum *c*, quod centro suo vesiculam germinativam continet, in qua macula germinativa, granulorum acervulum constituens, sita est.

Fig. IX.

Cuniculi ovulum maturum, ex folliculo Graafiano exemtum, disco suo proligero *a, a* cinctum, marginibus irregulariter dentato-serratis. Maculae *b, b* granulis interpositae, lucidiores, non nisi adipis guttulae sunt. *c.* Chorion crassum, velut zona pellucida s. halo latus albus globum vitelli cingens, quem *e*, raro adspectu, a Chorio distractum propriaque membrana (membrana vitellina? germine?) seu forsan strato granuloso extero indutum optime vides. *f* Vesicula germinativa. *g* Macula germinativa. Cf. Tab. VI. Fig. I. et II.

Fig. X.

Sectio ficta situs ovuli maturi in ovario; *a, a* ovarii stroma. *b* Membrana folliculi Graafiani duplicata. *c* Folliculi contentum, in *d, d* discum granulosum constituens, quo ovulum *e* innititur. *f* Vitellus. *g* Vesicula germinativa cum macula germinativa.

Fig. XI.

Sectio ficta ovi gallinacei ex oviductu seclusi, ex *Baerii* (Entwickelungsgesch. d. Thiere I. Tab. III.) imitatione, paucis mutatis, delineata. *A* Polus obtusus. *B* Polus acuminatus. *a, a* Testa. *b* Spatium aëre repletum. *c* Membrana testae, in *d, d* in duas lamellas fissa. *e, e* Termini albuminis secundi,

b Ein geplatztes Graaf'sches Bläschen, das sein Eichen *c* entlassen hat und sich zum corpus luteum umbildet. *d, d, d* ungeöffnete Graaf'sche Bläschen im Durchschnitt.

Fig. VI.

Eierstock eines Schweines mit frischen corpora lutea; *a, a* sind die großen, blaurothen, frischen corpora lutea ungefähr acht Tage nach dem Platzen der Graaf'schen Follikel; *b, b* ältere corpora lutea; *c, c* hervorragende, reife Graaf'sche Bläschen.

Fig. VII.

A Ein Stück desselben Eierstocks im Durchschnitt; *a, a* Überzug des Bauchfells; *b* frisches corpus luteum mit schwarzem Blut gefüllt; *c* älteres corpus luteum. *B* Ein eben geplatzter Graaf'scher Follikel vom Hund, vergrößert und ebenfalls halbschematisch nach Baer; *a, a* Bauchfellüberzug; *b* fleischige Masse, welche sich an den Wänden des Follikels bildet; *d* das ausgetretene ovulum.

Fig. VIII—X.

Halbschematische Figuren von Eiern vom Kaninchen, stark vergrößert.

Fig. VIII.

Durchschnitt eines unreifen Ei's, zur Vergleichung mit Fig. III; *a, a* Stroma des Eierstocks; *b, b* Graaf'scher Follikel, im Centrum desselben das Eichen *c*, das im Mittelpunkt wieder das Keimbläschen enthält, in welchem der, ein Körnerhäufchen bildende, Keimfleck liegt.

Fig. IX.

Reifes Kaninchen-Ei, aus dem Graaf'schen Follikel herausgenommen, umgeben von seiner Körnerscheibe *a, a*, mit unregelmäßig zerrissenen Rändern; die hellen Flecken *b, b*, zwischen den Körnchen sind blasse Fetttröpfchen; *c* das dicke Chorion, als zona pellucida oder breiter weißer Ring die Dotterkugel umgebend; diese letztere, *e*, sieht man deutlich, was nur selten möglich ist, vom Chorion getrennt und von einer eigenen Membran oder vielleicht oberflächlichen Körnerlage umgeben (Dotterhaut? Keim?) *f* Keimbläschen; *g* Keimfleck. Vgl. Tab. VI. Fig. I. u. II.

Fig. X.

Idealer Durchschnitt der Lagerung eines reifen Eichens im Eierstock; *a, a* Stroma des Eierstocks; *b* doppelte Haut des Graaf'schen Follikels; *c* dessen Inhalt, der in *d, d* eine Körnerscheibe bildet, in welche das Ovulum, *e*, eingebettet ist; *f* Dotter; *g* Keimbläschen mit Keimfleck.

Fig. XI.

Idealer Durchschnitt eines gelegten Hühner-Eis, mit wenig Veränderungen nach Baer (Entwickelungsgesch. d. Thiere I. Tab. III). *A* stumpfer Pol; *B* spitzer Pol; *a, a* Kalkschale; *b* Luftraum; *c* Schalenhaut, die sich bei *d, d*, in zwei Blätter spaltet; *e, e* Grenze des zweiten, dickflüssigen Eiweißes; *f, f* Grenze des dritten, dick-



Fig. I.




Fig. II.




Fig. III.




Fig. IV.




Fig. V.



Fig. VI.




Fig. VII.




Fig. VIII.




Fig. IX.




Fig. X.




Fig. XI.




Fig. XII.



Fig. XIII.

H. Bruch sc. Nbg.

aegre liquidi. *f, f* Termini albuminis tertii, tenacissimi, Chalazis adhaerentis. *g, g* Chalazae. *h, h* Vitellus. *i* Vitelli fundus centralis, ex quo ductus *k* ad cicatriculam tendit. *l* Cumulus proligerus. *m* Germen, blastos.

Fig. XII.

Globus vitelli ovi gallinacei, superne conspiciendus. *a, a* Membrana vitellina. *b* Vitellus. *c, c* Halones. *d* Germinis pars exterior, opaca (area vasculosa futura). *e* Germinis pars centralis, pellucida (area pellucida futura). In vitello prima incubationis vestigia animadverti possunt, quibus singularum germinis particularum disjunctio, quae etiam sive aestu vel sponte aucto, sive ovis calori aestivo expositis oriri potest, efficitur.

Fig. XIII.

A Sectio ficta vitelli Fig. XII. delineati. *a* Membrana vitellina. *b* Germen, blastos. *d* Cumulus proligerus. Hae partes magis a se invicem distant, quam in rerum natura deprehenduntur. *B* Sectio ficta vitello ab ovario nondum disjuncti. *a*. Membrana vitellina. *b, b* Discus proligerus. *c* Vesicula germinativa.

sten Eiweißes, an den Chalazen haftend; *g, g* Hagelschnüre, Chalazae; *h, h* Dotter; *i* Centralhöhle des Dotters, von welchen ein Gang *k*, zum Hahnentritt führt; *l* Keimhügel, cumulus proligerus; *m* Keim, blastos.

Fig. XII.

Dotterkugel eines Hühner-Eis, von oben gesehen; *a, a* Dotterhaut; *b* Dotter; *c, c* Halonen; *d* dunkler, äußerer Theil des Keims (zukünftiger Gefäßhof); *e* centraler, durchsichtiger Theil des Keims, zukünftiger durchsichtiger Fruchthof. Am Dotter sind hier bereits die ersten leisen Effekte der Bebrütung bemerkbar, welche diese Sonderung im Keim hervorrufen, die oft schon durch höhere Temperatur oder längeres Liegen der Eier im Sommer eintritt.

Fig. XIII.

A Idealer Durchschnitt des vorigen Dotters; *a* Dotterhaut, *b* Keim, *d* Keimhügel; diese Theile sind weiter auseinandergerückt, als in der Natur. *B* Idealer Durchschnitt aus einem Dotter vor der Lostrennung vom Eierstock; *a* Dotterhaut; *b, b* Keimscheibe; *c* Keimbläschen.

ICONES PHYSIOLOGICAE.

TABULA III.

Ova gallinacea, in primo stadio incubationis

(primo ac secundo die).

Partim ad vivum delineata, partim in schemata redacta.

Fig. I.

Vitellus ex 12—14 horis incubatus, magnitudinis naturalis, quam excedere videtur, quoniam in testa planiori situs delineatus est, unde paululum depressus videtur. *a* Vitellus. *b* Area germinativa s. pellucida, cujus in medio Nota primitiva, embryonis primordium, conspicitur. *c.* Area pellucida externa (area vasculosa futura). Circuli concentrici externi halones repraesentant.

Fig. II.

Idem vitellus; ex membrana vitellina apud *a* particula exsecta est, ac blastoderma illi substratum remotum; in *b* Nucleus cicatriculae s. Cumulus proligerus, substantia disciformis opacior, vitello imposita conspicitur.

Fig. III.

Blastodermatis particula ex fig. II. exsecta, auctae magnitudinis. *a* Nota primitiva. *b* Area pellucida oblonga. c Area vasculosa ovalis.

Fig. IV.

Sectiones fictae fig. I. *A* Sectio horizontalis. *B* Sectio perpendicularis. *a* Membrana vitellina, punctulis depicta. *b* Nota primitiva cum lamina serosa blastodermatis (areae pellucidae respondente). *c* Lamina mucosa (areae vasculosae respondens). *d* Cumulus proligerus s. Nucleus cicatriculae.

Fig. V.

Vitellus naturalis magnitudinis, 18mae incubationis horae. *a* Vitellus. *b* Area pellucida. *c* Area vasculosa.

Bebrütete Hühner-Eier aus der ersten Periode

(erster und zweiter Tag).

Theils nach der Natur, theils schematisch.

Fig. I.

Ein Dotter (12 bis 14 Stunden bebrütet) in natürlicher Größe, erscheint wie die folgenden etwas größer, weil er in einer flachen Schale liegend gezeichnet wurde und so etwas abgeplattet erscheint. *a* Dotter. *b* Durchsichtiger Fruchthof (area germinativa s. pellucida) in dessen Mitte der Primitivstreifen, (nota primitiva) als erste Spur des Embryo sichtbar ist. *c* Äußerer Fruchthof (zukünftiger Gefäßhof, area vasculosa). Die äußeren konzentrischen Ringe stellen die Halonen dar.

Fig. II.

Derselbe Dotter; aus der Dotterhaut ist bei *a* ein Stück ausgeschnitten und die darunter liegende Keimhaut weggenommen; in *b* sieht man den Kern des Hahnentritts (nucleus blastodermatis) oder Keimhügel (cumulus proligerus) als dunklere scheibenförmige Masse im Dotter liegen.

Fig. III.

Das aus Fig. II ausgeschnittene Stück der Keimhaut vergrößert. *a* Der Primitivstreifen. *b* Der durchsichtige längliche Fruchthof. *c* Der eiförmige Gefäßhof.

Fig. IV.

Ideale Durchschnitte von Fig. I. *A* Querdurchschnitt. *B* Längendurchschnitt. *a* Dotterhaut, punktirt dargestellt. *b* Primitivstreifen nebst serösem Blatt der Keimhaut (dem durchsichtigen Fruchthof entsprechend). c Schleimblatt (dem Gefäßhof entsprechend.) *d* Keimhügel oder Kern des Hahnentritts.

Fig. V.

Dotter in natürlicher Größe, aus der 18ten Stunde der Bebrütung. *a* Dotter. *b* Durchsichtiger Fruchthof. *c* Gefäßhof.

Fig. VI.

Vitelli modo descripti area vasculosa *a*, auctae magnitudinis; pyriformis facta est; loco notae primitivae plicas dorsales s. laminas dorsales in *b b* vides. Involucrum capitis *c* plicae falciformis seu blastodermatis reflexi specie formari incipit.

Fig. VII.

Sectiones fictae fig. V et VI. *A* Sectio horizontalis. *B* Sectio perpendicularis. *a* Membrana vitellina. *b* Lamina serosa, propter laminas dorsales ab utroque latere ad instar tororum eminentes, sellae depressae formam ostendit. *e* Chorda dorsalis. *c* Lamina mucosa. *d* Lamina vasculosa, *b* inter et *c*, punctulis notata.

Fig. VIII.

Vitellus magnitudinis naturalis, 24 horas incubatus; blastoderma cum embryonis primordiis magis quam in fig. V evolutum. Literae eadem significant quae in fig. V.

Fig. IX.

Ejusdem vitelli (fig. VIII) area pellucida *a* auctae magnitudinis; qui modo pyriformis erat, nunc panis bis cocti potius formam induit. In *b b* Laminarum dorsalium cristas, in media parte paululum undulatas, anterius ac posterius hiantes vides; ad utriusque latus quatuor lamellae quadratae, laminae nempe vertebrales, vertebrarum rudimenta, positae sunt. *d* Cellula cerebri anterior. *e, e* Involucri capitis margo pellucens. *f* Chorda dorsalis.

Fig. X.

Sectiones fictae fig. IX. *A* Sectio horizontalis. *B* Sectio perpendicularis. In *A f* laminarum vertebralium sectiones prostant. In *B* caput ex blastodermate reflexo sese formans; involucri capitis margo atque aditus in tractum intestinorum futurum (fovea cardiaca ***Wolffii***). Literae eadem significant quae in fig. VII.

Fig. XI.

Vitellus *a* horae 36tae, naturalis magnitudinis. *b* Area pellucida, panis bis cocti formam adepta, cujus in medio embryo positus est. In area vasculosa *c, c* insulae sanguinis prodeunt.

Fig. XII.

Area pellucida *a* vitelli fig. XI., auctae magnitudinis. *b, b* Laminarum dorsalium cristae, antrorsum hiantes, unde cellulae cerebri nascuntur. d^1 Cellula pro oculis ac thalamis opticis. d^2 Cellula pro corporibus quadrigeminis. d^3 Cellula pro medulla oblongata. *c, c, c, c* Laminae dorsales, quarum utroque latere 10 prostant. *e* Blastodermatis plica anterior, ex qua involucrum caudae sese format, pellucens. *g* Blastodermatis plica posterior, eaque tenuissima, pro futuro involucro capitis. *f* Chorda dorsalis.

Fig. VI.

Der durchsichtige Fruchthof (*a*) des vorigen Dotters vergrößert; er ist birnförmig geworden; statt des Primitivstreifens sieht man die beiden Rückenfalten (plicae dorsales) oder Rückenplatten (laminae dorsales) in *b, b.* Die Kopfkappe fängt an sich als sichelförmige Falte oder Umschlag der Keimhaut (*c*) zu bilden.

Fig. VII.

Ideale Durchschnitte von Fig. V u. VI. *A* Querdurchschnitt. *B* Längendurchschnitt. *a* Dotterhaut. *b* seröses Blatt, sattelförmig eingedrückt, wegen der zu beiden Seiten sich wulstförmig erhebenden Rückenplatten. *e* Rückensaite (chorda dorsalis.) *c* Schleimblatt. *d* Gefäßblatt, zwischen *b* und *c*, punktirt.

Fig. VIII.

Dotter in natürlicher Größe, 24 Stunden bebrütet; die Keimhaut mit der Anlage des Embryo, weiter entwickelt als in Fig. V. Die Buchstaben haben dieselbe Bedeutung, wie Fig. V.

Fig. IX.

Der durchsichtige Fruchthof (*a*) des vorigen Dotters (Fig. VIII) vergrößert dargestellt; er ist von der birnförmigen Gestalt mehr in die biskuitförmige übergegangen. Man sieht in der Mitte die etwas wellenförmigen, vorn und hinten auseinanderweichenden Kanten der Rückenplatten; an deren Seiten liegen in *c, c* als viereckige dunkle Plättchen vier Wirbelplatten, als erste Rudimente der Wirbelbogen. *d* Vorderste Hirnzelle. *e, e* Rand der Kopfkappe, durchschimmernd. *f* Rückensaite (chorda dorsalis.).

Fig. X.

Ideale Durchschnitte von Fig. IX; *A* Querdurchschnitt. *B* Längendurchschnitt. In *A f* sieht man die Durchschnitte der Wirbelplatten. In *B* Bildung des Kopfs durch Umbeugen der Keimhaut; Rand der Kopfkappe und Eingang in den zukünftigen Speisekanal (fovea cardiaca nach Wolff). Die Buchstaben wie in Fig. VII.

Fig. XI.

Dotter (*a*) aus der 36sten Stunde in natürlicher Größe. *b* Der biskuitförmige durchsichtige Fruchthof, in dessen Mitte der Embryo sichtbar ist. Im Gefäßhof *c, c* erscheinen die Blutinseln.

Fig. XII.

Der durchsichtige Fruchthof (*a*) des Dotters Fig. XI. vergrößert. *b, b* Kanten der Rückenplatten, vorn auseinanderweichend zur Bildung der Hirnzellen. d^1 Zelle für die Augen und die Sehhügel. d^2 Zelle für die Vierhügel. d^3 Zelle für das verlängerte Mark. *c, c, c, c* Wirbelplatten, deren jeder Seits 10 vorhanden sind. *e* Vorderer Umschlag der Keimhaut, zur Bildung der Schwanzkappe (Involucrum caudae), durchschimmernd. *g* Hinterer Umschlag der Keimhaut, noch ganz schmal, zur Bildung der Schwanzkappe. *f* Rückensaite.


Fig. I.



Fig. II.



Fig. III.


Fig. IV.


Fig. XVII.


Fig. XVIII.


Fig. V.


Fig. VIII.



Fig. XI.


Fig. XIV.



Fig. VI.


Fig. IX.


Fig. VII.





Fig. XIII.


Fig. XV.


Fig. X.


Fig. XII.


Fig. XVI.

H. Bruch sc. Nbg.

Fig. XIII.

Sectiones fictae embryonis fig. XII. Literae eaedem uti in fig. X. In *A g* super chorda dorsali (*e*) canalem medullae spinalis, cristis laminarum dorsalium concretis clausum, vides. In *B* d^2 cor, lamina vasculosa (*d*) crassiore facta, formatum est.

Fig. XIV.

Embryonis, fig. XII. aetate vix majoris, extremum anterius, adversa facie abdominali (vitellina), quo primordia cordis (*a*) sacciformis cum vasorum truncis sese immergentibus (venis) *d, e, f* conspici possint. *b, b* Laminarum dorsalium cristae pellucentes. *c, c* Laminae vertebrales.

Fig. XV—XVIII

blastodermatis ac vitelli structuram cellulosam a *Schwannio* descriptam ostendunt (Cf. *Schwannii* mikroskopische Untersuchungen über d. Übereinstimmung in d. Struktur u. d. Wachsthum der Thiere u. Pflanzen Tab. II.).

Fig. XV. Laminae serosae blastodermatis cellulae cum nucleis suis. — Fig. XVI. Laminae mucosae cellulae atque globuli. — Fig. XVII. Globuli vitelli. — Fig. XVIII. Globuli vitelli perliquidi ex vitelli fundo centrali.

Fig. XIII.

Ideale Durchschnitte des Embryo Fig. XII. Buchstaben wie in Fig. X. In *A g* sieht man über der Rückensaite (*e*) den Kanal für das Rückenmark durch Verwachsung der Kanten der Rückenplatten geschlossen. In *B* d^2 hat sich das Herz als Verdickung des Gefäßblattes (*d*) gebildet.

Fig. XIV.

Vorderes Ende eines Embryo, kaum älter als Fig. XII., von der Bauch- (Dotter-) seite gesehen, um die erste Bildung des schlauchförmigen Herzens (*a*) mit den eintretenden Gefäßstämmen (Venen) *d, e, f* zu zeigen. *b, b* Durchschimmernde Kanten der Rückenplatten. *c, c* Wirbelplatten.

Fig. XV—XVIII

stellen die Zellenbildung der Keimhaut und des Dotters nach Schwann dar. (S. dessen mikroskop. Untersuchungen über d. Übereinstimmung in d. Struktur u. d. Wachsthum der Thiere u. Pflanzen Tab. II.).

Fig. XV. Zellen des serösen Blatts der Keimhaut mit ihren Kernen. — Fig. XVI. Zellen und Kugeln des Schleimblatts. — Fig. XVII. Dotterkugeln. — Fig. XVIII. Kugeln des dünnflüssigen Dotters aus der Centralhöhle des Dotters.




Fig. I.




Fig. II.



Fig. IV.



Fig. VII.



Fig. III.



Fig. V.



Fig. VIII.




Fig. VI.





Fig. IX.






Fig. X.




Fig. XI.

H. Bruch sc. Nbg.

ICONES PHYSIOLOGICAE.

TABULA IV.

Phasiani Galli embryones, ad secundum incubationis stadium

(3.—5. diem) progressi.

Fig. I.

Vitellus naturalis magnitudinis, formationem primi sanguinis circuitus ineunte die tertio repraesentans. *a* Vitellus. *b* Embryo. *c, c* Arteriae blastodermatis. *d, d* Venae blastodermatis. *e, e* Sinus terminalis.

Fig. II.

Vitelli modo descripti embryo, adversa facie abdominali, auctae magnitudinis. *a* Blastodermatis vagina capitis; *b* vagina caudae; *c, c* Transitus anterior vaginae capitis in involucra lateralia. *d* Substantiae corporum trigeminorum fornix; *e* Cerebrum anterius; *f* Cor; *g* Trunci venosi in futurum cordis atrium sese immergentes; *h* Aorta; 1, 2, 3, 4. arteriae branchiales; *i, i* arteriae blastodermatis; *k, k* Laminarum dorsalium cristae pellucentes, ab aqua, in qua embryo adservatus est, paululum undulatae factae. *l, l* Lamellae vertebrales.

Fig. III.

Embryo eodem, quo fig. II., evolutionis stadio progressus, attamen paulo minus adultus, in sectionibus fictis sicut fig. VI, paucis mutatis. *A* Sectio horizontalis. *a* Membrana vitellina. *b, b* Laminae dorsales et vertebrales; b^2, b^2 Laminae abdominales ac processus transversi. *c, c* Lamina mucosa, sub chorda dorsali (*e*) inflectitur, quo tractus intestinorum nascatur. *d, d* Lamina vasculosa; *f, f* Laminae serosae pars peripherica, ad formanda involucra lateralia atque amnion sese erigens; *g* Medulla spinalis. *B* Sectio perpendicularis; *a* Membrana vitellina; *b* Lamina serosa atque embryonis dorsum; b^2 Caput embryonis; *c, c* Lamina mucosa; *d* Lamina vasculosa; d^2 Cor; d^3 arteriae branchiales; d^4 aorta; d^5 arteria blastodermatis (arteria vitellina).

Hühner-Embryonen aus der zweiten Periode,

(vom 3.—5. Tage der Bebrütung.)

Fig. I.

Dotter in natürlicher Größe, die Ausbildung des ersten Kreislaufs am Anfang des dritten Tags zeigend. *a* Dotter; *b* Embryo; *c, c* Arterien der Keimhaut; *d, d* Venen der Keimhaut; *e, e* Gefäßkreis (sinus terminalis).

Fig. II.

Embryo aus diesem Dotter, von der Bauchseite gesehen, vergrößert. *a* Kopfscheide der Keimhaut; *b* Schwanzscheide; *c, c* vorderer Übergang der Kopfscheide in die Seitenkappen; *d* Wölbung der Vierhügelmasse; *e* Vorderhirn; *f* Herz; *g* Einsenkung der Venenstämme in den künftigen Vorhof des Herzens; *h*. Aorta; 1, 2, 3, 4, die vier Kiemen-Arterien; *i, i* Arterien der Keimhaut; *k, k* durchschimmernde Kämme der Rückenplatten, etwas wellenförmig in Folge der Einwirkung des Wassers, in welchem der Embryo gelegen hat; *l, l* Wirbelblättchen.

Fig. III.

Ein ähnlicher, nur etwas jüngerer Embryo wie Fig. II. im idealen Durchschnitt, wie Fig. VI., mit einigen Modifikationen. *A* Querdurchschnitt; *a* Dotterhaut; *b, b* Rückenplatten und Wirbelplatten; b^2, b^2 Bauchplatten und Querfortsätze; *c, c* Schleimblatt, biegt sich unter der Wirbelsaite (*e*) ein, um den Darmkanal zu bilden; *d, d* Gefäßblatt; *f, f* der sich zur Bildung der Seitenkappen und des Amnions emporhebende peripherische Theil des serösen Blatts; *g* Rückenmark. *B* Längsdurchschnitt; *a* Dotterhaut; *b* seröses Blatt und Rücken des Embryo; b^2 Kopf des Embryo; *c, c* Schleimblatt; *d* Gefäßblatt; d^2 Herz; d^3 Kiemen-Arterien; d^4 Aorta; d^5 Arterie der Keimhaut (Dotter-Arterie).

Fig. IV.

Vitellus, magnitudinis naturalem paulo plus duplo excedentis, circuitum sanguinis in blastodermate perfectum exhibens. *a* Vitellus; *b* vena s. sinus terminalis; b^2 idem superne sese immergens; *c* aorta; *d* puncta cordis salientia; *f, f* arteriae blastodermatis; *g, g, g* venae blastodermatis (inferior una ac duae [interdum non nisi una] superiores); *e, e* area pellucida, panis bis cocti formam ostendens; *h* oculus. (Haec figura *Panderi* delineationi, in operis sui vulgatissimi Tab. VI. Fig. I. aeri incisae, simillima est.) Ramificationes tenuiores atque anastomoses cum sinu terminali omissae sunt.

Fig. V.

Embryo 4''' aequans, magnitudinis octies fere auctae, diei tertii ad dimidium usque lapsi, adversa facie abdominali (vitellina). *a* Area pellucida; *b* cellula cerebri anterior (hemisphaeria); *c* cellula pro thalamis opticis et pedunculis cerebri; *d* corpora quadrigemina; *e* cerebellum et medulla oblongata; *f* oculus, inferius cum rima ampla; g vesica auditoria, ante medullam oblongatam sita; *h, h, h, h* laminae vertebrales; *i* ventriculus cordis; *k* atrium cordis; k^1 vena blastodermatis superior et k^2 inferior; *l* bulbus aortae, ex quo quatuor arteriae branchiales proficiscuntur; super his 1, 2, 3 arcus branchiales positi sunt; *m, m* arteriae blastodermatis ex aortae bifurcatione proficiscentes; ab utraque aorta corpora laminarum vertebralium, sutura concreta, introrsum tendunt; *n* allantois exporrecta; *o, o, o, o* margines foveae abdominalis, superius in vaginam capitis (*p*) reflexi, inferius (*q, q*) vaginam caudae praebentes. — Mesenterium nascens, corpuscula Wolffiana etc. omissa sunt.

Fig. VI.

